



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. F. Bartolomaei Salvii Ordinis F. Minorum de  
Obseruantia, Lvx Animæ Ad perfectionem anhelantis ;  
Opvscvlvm Insigniter pium, et perfectionis studiosis  
neceßarium**

**Cambi, Bartolomeo**

**Coloniae, 1606**

De Ira.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50816](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50816)

IRA triplex est. *Prima est*, cum quis ob causam leuissimam, veluti ob verbulum vnum, aut minimam iniuriam sibi factam commouetur.

*Secunda est*: Cum quis excandescit & vehementi furore succenditur, iramq; conceptam foris vel in facie, vel interiori commotione, aut externis corporis gestibus ostendit.

*Tertia est*: Cum quis iram longo tempore in corde conseruat, & odium contra aliquem fouet.

*Remedia contra Iram.*

**PRIMUM** est: Ea quae nobis accidere possunt prauidere, seque ad ea placido & tranquillo animo toleranda praeparare: Minus enim (vt S. ait Gregorius) iacula feriunt, quae prauidentur.

**SECUNDUM** est: Nobis ipsis vim facere, silentiumq; nobis imponere, ac flammam intrinsecus in corde succensam reprimere ac suffocare, ne foras erumpat, & nos ipsos ac  
alios